







22

QVAEDAM  
AD  
EVRIPIIDIS HIPPOLYTVM  
NOTAE

---

QVIBVS  
AD ORATIONES X

IN SCHOLA TORGAVIENSI

HORA III POMERIDIANA

D. III ET VI APRILIS MDCCCLXXXII

BENIVOLE AUDIENDAS

nr 92

PATRONOS ET FAVTORES

INVITAT

TRAVGOTT FREDERICVS BENEDICT

AA. LL. MAGISTER ET SCHOLAE TORGAV. RECTOR.

---

TORGAVIAE,  
EX OFFICINA KVRZIANA.





QVAEDAM

AD

EVIRIPIDIS HIPPOLYTUM

NOTAE

QVIBVS

AD ORATIONES X

IN SCHOLA TORQVAVENSIS

HORA III POMERIDIANA

D III ET VI APRILIS MDCCCXXXII

BENIGNOLE AVDIENDAS

PATRONOS ET FAVTORES

INVENT

TRAVGOTT FREDERICVS BENEDICT

AA LL MAGISTER ET SCHOLAE TORQVAV. RECTOR

TORQVAVIAE

EX OFFICINA KAVSIANA



Prima Prologi verba in Hippolyto Euripidis non eodem modo ab interpretibus distingui solent. Brunckius V. Cel. edidit:

Πολλή μὲν ἐν βροτοῖσι, καὶ ἀνόνημος  
θεὰ κελήματι Κύπρις, ὕρανευ τ' ἔσω  
ἔσοι τε πόντου τεγμόνων τ' Ἀτλαντικῶν  
ναῖσιν εἶσω, Φῶς ἐρώντες ἥλιε,  
τὲς μὲν σέβοντας τάμει προσβέου κρατη,  
σφάλλωδ', ἔσοι Φερονούσιν εἰς ἡμᾶς μέγα.

Eodem quoque redeunt Valkenarii et Barnesii editiones, hoc paruo discrimine, ut post verba: ὕρανευ τ' ἔσω, non colli nota sed puncto distinguant. In Heruagiana autem, quae Aldinae sumilis anno: 1537 prodiit, post verba: ὕρανευ δ' ἔσω, non nota maiore sed tantum commate distinguitur et ita cum verbis sequentibus antecedentia arcte coniuncta sunt. Eadem vero post verba: Φῶς ἐρώντες ἥλιε, punctum posuit, ubi in Brunckii, Valkenarii et Barnesii editionibus tantum comma legitur. Iam quilibet intelligit, ex varia illa distinguendi ratione etiam sensum verborum diuersum existere. Quodsi enim Barnesii et reliquorum editiones sequimur, verba: ἔσοι τε πάντα etc. cum sequentibus: τὲς μὲν σέβοντας etc. coniuncta hunc fere sensum efficiunt: *Inter omnes terrarum incolas, ab extremis inde Orientis s. Ponti Euxini partibus*  
A 2 usque



usque ad ultimos Occidentis s. maris Atlantici fines, meae potentiae cultores honore et praemio, contemptores vero ignominia et damno afficiuntur. Sed admittenda distinguendi ratione, quam Heruagiana aliaeque edd. antiquae prae se ferunt; (nam eodem etiam latina Canteri interpretatio, Barnesianae adiecta, respexit,) verba prima sunt explicanda: *Veneranda inter mortales et magni nominis Dea ego Venus et ab ipsis Diis et ab omnibus celebror, quotquot in toto terrarum orbe solis radiis fouentur.* — Mihi quidem cogitanti ultra horum verborum interpretatio praeferranda sit, posterior illa, quae verba: *ὀυρανῶ τ' ἔσω* cum sequentibus coniungit, magis placebat. 1) Primo enim cum ipso Prologi et totius Tragediae consilio haec interpretatio optime conspirat, ut Venus se non tam inter Deos quam inter homines venerandam et potentem dicat; quia nunc miseris tantum mortalibus exitium parabat. Quare etiam verba sequentia v. 7 et 8: *Hominum honore Dii delectantur*, a verbis primis: *πολλὴ μὲν ἐν βροτοῖσι — κέλκημα*, non discrepant, sed cum iis potius apte comparari possunt. Quae propterea in primis monenda censeo, quod sensus verborum in v. 7 et 8 illam distinguendi rationem, quam Barnesius aliique sequuntur, potissimum peperisse videtur. 2) Quae porro loca Valkenarius ad nostrum locum et ad v. 447 et alibi ex scriptoribus antiquis de maximo Veneris inter Deos hominesque imperio collegit, interpretationi nostrae non aduersantur, quia eandem sententiam etiam sequentia indicant: *ὀυρανῶ τ' ἔσω, ὅσοι τε πόντις* etc. quibus *potentiam Veneris inter mortales conspicuam et a Diis et ab omnibus in terra viventibus agnosci* affirmat; quippe praeter mortales ipsi etiam Dii ad homines saepe de coelo amoris causa detracti esse dicebantur. 3) Deinde simillimus nostro locus infra v. 103 occurrit: *σεμνή γε μέντοι καίπισμος ἐν βροτοῖσι*. Qui, cum etiam de Venere agat, ad nostri loci explicationem ab interpretibus adhiberi potuisset, et cum



cum non simul: ἐν τῇ θεοσίῳ aut simile quiddam adiciat, sententiam de nostro loco prolatam magis confirmare videtur. 4) In ipsis denique nostri loci verbis illud: ὀρεανὲ τ' ἔσω apte respondet alteri: πόντου τελευτῶν τ' Ἀτλαντικῶν — ἔσω; nam regio coelestis regioni terrestri adiungitur. Quae comparatio non tam accurate institui potest, si verba: ἐν βρεθείσι cum his: ὀρεανὲ τ' ἔσω coniunguntur. Ur vero taceam eiusdem particulae: ἔσω in illa comparatione facta repetitionem, certe copula illi: ὅσοι τε adiuncta idem quoque indicare videtur, uti verba: ὅσοι τε cum antecedentibus, ὀρεανὲ τ' ἔσω sint connectenda. Non dissimili modo haec copula eidem vocabulo infra additur v. 444, 445: — τοῖς ἐρώσι τῶν πέλας, ὅσοι τε μέλλουσι — et aliis locis.

v. 30 — 32. πέτραν παρ' αὐτὴν Παλλάδος κατόψιν  
 τῆδε γὰρ γένετο Κίπριδος ἐγκαθίστατο,  
 ἔκαστος ἑαυτ' εὐδοκίμον Ἰππολύτω τ' ἐπι-  
 τακτικῶν ἀνεμάριον ἰδρυθῆαι θεῶν.

Ita quidem haec verba in antiquis edd. leguntur; in quibus certe falsa lectio est: ἐγκαθίστατο, quia plurimi Cdd. afferunt; ἐγκαθίστατο. Sed idem quoque interpretes recentiores varie offendit, ut emendandum censerent hunc locum. Primus quidem Valkenarius postulavit, ut huic verbo etiam dandi casus adderetur, ideoque in antecedd. emendavit: γὰρ Κίπριδος. Eadem de causa Musgravius coniecit, legendum esse: καθίστατο, et Brunckius ita probavit hanc coniecturam, ut eam, quamvis Cdd. stabiliendae huic coniecturae desint, tamen reciperet. Mihi quidem videtur alia etiam verborum coniunctio cum illo: ἐγκαθίστατο locum habere, sicut Euripides in Alcest. v. 1054 dixit: πότερα κατ' ἀνδρῶν δῆτ' ἐνοικήσει σέθεν; Quare refero etiam nostro loco vocabulum: ἐγκαθίστατο ad antecedd: πέτραν παρ' αὐτὴν Παλλάδος, ut ita indicetur: in eadem petra, quae etiam Palladis templo erat insignis, Veneris templum est exstructum. — Quod porro



Valkenarii explicationem attinet in verbis: ἐρωσ', ἐρωτ' ἐκδη-  
 μον, quae ita ab eo veruntur: in templo Veneris dedicavit  
*amans Amorem absentem*; est sane maxime ingeniosa et par-  
 tim illa antiquorum consuetudine, *Cupidinis* signum propter  
 amatos in templis dedicandi, partim verbis sequentibus:  
 Ἱππολύτῳ δ' ἐπι, in *Hippolyti* honorem, confirmari videtur.  
 Nam certe alio modo haec verba: Ἱππολύτῳ δ' ἐπι, si vertun-  
 tur: in honorem Hippolyti, vix explicari possunt; quia ipsum  
 Veneris templum in honorem amati cuiusdam viri extru-  
 ctum fuisse, non facile exemplis, ex historia antiqua colle-  
 ctis, demonstrabitur. Sed huic tamen explicationi necessa-  
 ria verborum quorundam emendatio, ut locum habere pos-  
 sit, obstare viderur, cum nulla corruptae lectionis vestigia  
 in libris antiquis adsint. Non solum enim Valkenarius in  
 antecessd. emendavit; *ναῖ*, sed in sequentibus etiam pro:  
 θεῶν, legi iubet: θεῶν. Porro usui graecae linguae non re-  
 pugnat, ut: ἐρωσ' cum illis: ἐρωτ' ἐκδημον iungatur. Sicut  
 enim Graeci dicere solent: δαλείων δαλέυειν, ἔργα ἐργάζεσθαι,  
 φιλέωτα φιλεῖσθαι, χάραν χαίρειν, φόβον φοβεῖσθαι et quae sunt  
 alia; ita etiam poetae imprimis licebit canere: ἐρωσ' ἐρωτ' ἐκ-  
 δημον, quia amore erga peregrinum tenebatur. Ita infra v.  
 338 legitur: διον, μήτε, ἠγάθης ἐρον. — Quod denique verba  
 attinet: Ἱππολύτῳ δ' ἐπι, forte alio modo, quam plerique  
 interpretes solent, explicari poterunt, si verbum huius mem-  
 bri ultimum: θεῶν mutato accentu legere malis: θεῶν, ad-  
 spectum. Nescio, qua de causa interpretes huius lectionis  
 non mentionem iniecerint, quam tamen Stiblinus in notis  
 suis quorundam Codicum fuisse affirmavit. Cur enim  
 poeta locum quendam siue templum, quod regionis cuius-  
 dam adspectum praebet, non dicere possit: θεῶν. Certe  
 non maiore audacia opus est, quam si: θεός siue: θεῶ pro  
 ipso Dei vel Deae templo ponitur. Quodsi igitur haec ex-  
 plicatio admittitur, ut: θεῶν h. l. ipsum prospectus locum,  
 nem.



nempè illud Veneris templum significet, verba: Ἰσπολύτω  
δ' ἐπι, ita iungenda sunt, ut indicetur locus, ex quo prospectus  
Hippolytum versus siue in eam regionem pateat, ubi Hip-  
polytus commoratur. Melius etiam, si hanc interpreta-  
tionem sequimur, in reliquis verbis quadrat vocabulum:  
ὀνόμαζεν, quod Valkenarius, non improbante Musgrauio  
et Brunckio, cum illo: ὑνήσαον, sine librorum auctoritate,  
permutauit. Nam sensus est: aperte et ipso Hippolyti no-  
mine coram omnibus prolato indicauit. Ita igitur hunc lo-  
cum latine interpretor:

In eadem Palladis petra, hancce terram  
Spectante, Veneris templum condidit

Magno peregrini amore captus; locum autem, quo  
Hippolyti adspectus

In posterum pateret, se consecrasset edixit.

v. 48 — σο. — τὸ γὰρ τίςδ' ἐπεποιμήσω κακόν,  
Τὸ μὴ ἐπαρᾶν τὰς ἐμὰς ἐχθρὰς ἐμοὶ  
Δίκην ποσόντην, ὥστε μοι καλῶς εἶχεν

Versus primus varie explicatur ab interpretibus. Valke-  
narius quidem post: ἐπεποιμήσω κακόν, et illud: κακόν  
ad sequentia ita retulit, ut sensus esset: huiusce enim commo-  
dum non curabo: quin male de me ageretur, si inimici mei  
tantas mihi poenas, quibus adquiescam, non darent. Sed haec  
interpretatio, cuius nulla vestigia in graeco Scholiaste de-  
prehenduntur, forte nimis est artificiosa, et quaedam verba  
ad illud: κακόν deesse videntur, si sensum illum, quem Val-  
kenarius respexit, reddere debet. Marklandus autem,  
Heathius et Brunckius lectionem quorundam librorum:  
καλὸν illi vulgatae; κακόν praefecerunt, hoc tantum discrimi-  
ne, ut Heathius sub illo: καλόν intelligat egregias Phaedrae  
virtutes; nam respici putat antecedentia: ἡδ' εὐκλεῆς μὲν —  
Brunckius autem idem vocabulum; καλόν explicet: quod il-  
lius



lius in rem est. Malim equidem cum Musgratio lectionem vulgatam: κακόν, cum antecedentibus coniunctam defendere, cuius sensus est: *illius enim perniciem ita respicere nolo, ut a poenis abstineam* etc. Optimi enim Codd., quod iam Valkenarius adnotabat, retinent lectionem: κακόν, et duorum librorum paullo recentiorum auctoritas, qui h. l. καλόν legunt, tanta non esse videtur, ut eam sequamur. In prima autem Lascaris editione lectio duplex: καλόν, κακόν occurrit, quare non certe ex ea definiti potest, utra lectio sit praeferenda. Maioris tamen momenti ad hanc lectionem: καλόν, stabiliendam est Scholiastes Aristophanis ad Ranas v. 317. Sed notum est, non semper accurate laudari ab eiusmodi Grammaticis scriptorum antiquorum verba, quae tantum *ὡς ἐν παρόδῳ* attingunt. Vid. infra Valkenarius ad v. 192: ἄλλο τι τῶ ζῆν φίλτερον, ἄλλο — Forte igitur hic Scholiastae locus iis accenseri debet, in quibus incuria Grammatici aut librarii cuiusdam vocabulum plane contrarium est male prolatum; quod interdum fieri solere, atque etiam de vocabulo: κακός factum esse, Doruillius in notis ad Charitonem pag. 620., ed. Lips. adnotavit. — Porro Musgravius iam vidit, inepti quidquam afferri, si admissa lectione: καλόν, interpretamur: *Phaedrae virtutes non tanti faciam, ut Hippolytum relinquam inulsum*. Quae sententia certe divino numine esset indigna, cui nihil magis placet pietate et virtute. Si verò cum Valkenariò et Brunckio veritimus: *eius commodum non tantopere curabo*, ex ipsa Hippolyti historia non satis apparet, quidnam commodi inde Phaedra percipere potuerit, si Venus Hippolytum non ulcisceretur, qui miserum Phaedrae amorem abominari pergebat. Deinde constat ex ipso Hippolyti fato, antecedere debuisse miseriam Phaedrae et violentam mortem, ut ita Venus pararet Hippolyti perniciem; quod plane consentit cum lectione vulgata nostri loci: κακόν. *Non tanti faciam illius miseriam,*

ut



ut ab Hippolyto severe puniendo absteineam. Denique etiam  
 ufus loquendi non repugnat, ut *περοτιμῶν*, quod saepe nihil  
 aliud, quam: *φροτιζειν* siue: *λόγον ἔχειν*, significat, cum  
 voce: *κακῶν* coniungatur. Nam ex locis a Valkenario et  
 Musgrauio laudatis unum modo ipsius Euripidis, nostro non  
 dissimilem, laudabo ex Alcest: v. 764, ubi etiam Kuinoel,  
 V. Cel. conferatur: *Ὁ μὲν γὰρ ἦδε, τῶν Ἀδμήτα κακῶν Οὐδὲν περο-*  
*τιμῶν.* Quae seruus quidam de Hercule, in ipso Admeti  
 luctu cantante, profert.

v. 66 — 69. Καλλίσα πολὺ παρθένων  
 αἰ μέγαν κατ' ἔρανον  
 νάειε' εὐπατέρειαν αὐλῶν,  
 Ζανὸς πολύχρυσον οἶκον.

In his verbis sequor maxima ex parte Valkenarii emen-  
 dationem, qui legi iubet: *αἰ μέγαν κατ' ἔρανον Νάειε* — ut ita  
 ad solam Dianam haec omnia referantur. Pro: *νάειε'* duo  
 antiquissimi Codd. quos Musgravius literis: *A* et *B* indica-  
 uit, legunt cum aliis quibusdam libris: *νάειε*. Quod Mus-  
 grauius et Brunckius in: *νάειε'* mutari iubent. Sed minus  
 recedimus a librorum antiquorum lectione, si recipimus:  
*νάειε*, et in antecedd. vocabulum: *αἰ* mutamus in *αἰ*. Ita  
 enim vere legunt Cod. Paris. Lascaris ed. et haud dabie  
 etiam alii. Quomodo autem in reliquis libris vera lectio:  
*αἰ* in illam: *αἰ* transferit, facile intelligitur, quia quidam  
 illi: *αἰ* sub initium versus iota subscriptum esse putarunt,  
 quod iam, cum litera uncialis exscribenda esset, temere in  
 ipso versu addiderunt. Haec Valkenarii emendatio eo etiam  
 confirmatur, quod huic loco, qui laudem Dianae continet,  
 simul duplex Gradatio inesse videretur. Nam primo, quod  
 generis splendorem attingit, appellatur: *Ζανὸς γένεθλον*, dein-  
 de: *Λατῆς Ἀεγεμι καὶ Διὸς*, denique: *αἰ μέγαν κατ' ἔρανον νάειε*  
*εὐπατέρειαν αὐλῶν, Ζανὸς πολύχρυσον οἶκον.* Sed propter venu-  
 statis et cultus externi praestantiam primo dicitur: *πτόνια*,

πτόνια

B

πτόνια



πότνια, σεμνότατα, deinde: κόρα, tum: καλλίστα πολὺ παρθένων, denique: καλλίστα, καλλίστα τῶν κατ' ἄλμυρον παρθένων. Cui vero hanc Dianae laudem legenti non in mentem venerit nobilissimae descriptionis, quam Homerus lib. VI, Odyss. v. 105 sqq. de Dianae pulchritudine affert:

Τῇ δὲ θ' ἄμα Νύμφαι, κόραι Διὸς ἀιχμόχοιο,  
 Ἀγρονόμοι πάϊσσι γέγηθε δὲ τε Φρένα Λητώ·  
 Πασιῶν δ' ὕπερ ἦγε κἀκεῖ ἔχει ἠδὲ μετώπα,  
 Ρ' εἶα δ' ἀεργῶτι πέλεται, καλαὶ δὲ τε πάσαι.

Idem poeta praeter Nausicaam virginem, quam loco laudato cum Diana comparat, etiam Helenam, feminarum pulcherrimam, Dianae similem dixit Odyss. lib. IV, 122, eandemque laudem quoque tribuit Penelopae lib. XVII, 37 — Denique vocabulum: *εὐπατέρεϊαν* h. l. offendit interpretes, quod plerumque de hominibus, nobilitate insignibus, usurpatur, sed h. l. de aula Iouis. Quare Brunckius, qui *ναῖσος* legit, emendat: *εὐπατέρεϊαι*. Idem vocabulum iam suaserat Musgravius, sed simul in sequentibus pro: *αὐλῶν* legi iubebat: *φιλῶν*. Valkenarius autem emendat: *εὐπατέρεϊα ἢ αὐλῶν*. Nam concedendum est, particulam: *ἢ* cum aliis literis saepe commutari a librariis. Ita in Hecub. v. 78, malim legere: *ὡς μόνος οἴκων ἀγῶναι ἢ ἐμῶν*, ubi vulgo legitur: *ἀγῶναι ἐμῶν*. Nam Polydorus tunc Hecubae non solus supererat filius. Vid: v. 84. Nondum tamen nostro loco de illarum emendationum necessitate mihi est persuasum. Nam vocabulum: *αὐλή* et: *οἶκος* a Graecis etiam sensu latiore de iis sumi posse, qui pertinent ad aulam siue domum: sicut etiam latini vocabula: *aula* et: *domus* usurpant, non facile quisquam negabit. Quo sensu etiam *aula nobilis* dici poterit, sicut Euripides in Ione v. 1073 cecinit: *Α' τῶν εὐπατεριδῶν γεγάσ' οἴκων*, quae ex nobili nata est gente.

v. 73 sqv. Σοὶ τόνδε πλεκτὸν σέφανον ἐξ ἀκηράτα  
 Λειμῶνος, ἢ δέσποινα, κοσμήσας Φέξω etc.

Con-



Conuenit inter interpretes, ex hoc loco inprimis posteriori huius Tragoediae editioni nomen Ἴππολύτου σεφανηφόρου, Hippolyti coronam ferentis, esse impositum. Sed inprimis quaeritur, utrum haec verba proprie an tropice sint intelligenda; quia non defuerunt, qui alterutrum tantummodo verum esse variis argumentis defenderent. Illorum quidem sententia, qui haec verba proprie intelligunt de corona capiti statuae, ante Pitthoei aedes in Dianae honorem erectae, imponenda, versus 83 verbis potissimum stabiliri videtur: Ἀνάθημα δέξαι χειρὸς εὐσεβῆς ἀπο. Quamquam enim reliqua fere omnia allegoriae accomodata sunt a male fedulis interpretibus, tamen sensum his verbis reconditum affingere non sunt ausi. Quae quidem actio Hippolyti, statuam Deae coronantis, optime conuenit cum verbis, quae infra de se profert v. 1410, ubi appellatur: *Dianae ἀγαλμάτων φύλαξ*. His vero, qui allegoriam toti loco inesse censebant, ansam praebuisse videntur verba v. 75: Ἀιδῶς δὲ ποταμίῳ κηπέτῃ δρόσοις, quae certe sensu minus proprio intelligenda esse, quilibet facile concedet. Propius igitur ad veram huius loci interpretationem accessisse videntur, qui utrumque sensum et proprium et tropicum huius loci verbis inesse putarunt. Inter quos nominant Scholiastae Philochorum quendam, qui duplicem et florum et laudis coronam Dianae Hippolytum offerre dicebat. Neque tamen in eo assensum meretur, quod hymnum simul sub illa corona indicari opinabatur, ex qua sententia iam aliae ineptae horum verborum interpretationes oriebantur. *Puto igitur, totam huius praei atque coronae ex ea decerptae descriptionem proprie esse intelligendam, sed eam tanto tamen artificio simul a poeta esse factam, ut quoque ad illibatam et pudicam Hippolyti innocentiam, qua Dianam, Dearum castissimam, ornabat, simul posset in uniuersum, sed non in singulis eius partibus, accomodari.* Eo autem graeci Scholia-



stae inprimis modum exceſſerunt, ut ſingulis huius deſcriptionis partibus ſenſum reconditum aſſingerent. Quis enim non dixerit, pratum illud h. l. Scholiaſtas inepte de ingenio Hippolyti poetico interpretari, ex quo hymnum illum Dianae ſacrum depromſerit, falcem vero, quae nondum prati flores demeſſerit, de nequitia et prauarum libidinum corruptione, apem denique de anima poetae, omnis dulcedinis ſtudioſa. Quodſi enim ita ſingulas deſcriptionis partes in ſenſum alienum detorquere liceret, cur non etiam verba de paſtore, greges in hoc prato non paſcente, ad aliam rem, quae indicaretur, tranſtulerunt? Sicut igitur haec verba de gregibus et de falce, huic prato non immiſſis, proprie ſunt accipienda de campi Deae conſecrati praeſtantia, ita quoque apis, illum verno tempore peragrantis, mentio iniicitur ad amoenitatem agri demonſtrandam, quia apes dulci illorum ſorum ſapore, qui ſimul ſuauiſſimum odorem emittunt, potiſſimum delectantur. — Quod autem Brunckius in verbis v. 77: Μέλιſſα λειμῶν ἡρινὸν διέρχεται ex Valkenarii coniectura emendauit: ἐαρινή, videtur quidem maior elegantia huic emendationi ineſſe, quia vocabulo: λειμῶν iam adiectum eſt: ἀκρίων; ſed illa tamen emendandi cauſa nondum ſufficit. Quam ſaepe enim Graeci atque ipſe etiam Euripides duobus adiectis nominibus, quamuis nulla interiecta ſit copula, unum ornant vocabulum. Porro non ſatis certum eſt, Scholiaſten legiſſe: ἐαρινή, quia hoc vocabulum non eo caſu attulit, quo in ipſo textu legi deberet, ideoque etiam ab ipſius interpretatione profectum eſſe poteſt. Cum igitur libri ſcripti magno numero afferant h. l. ἐαρινὸν, haec quidem lectio vulgatae: ἡρινὸν noſtro loco praeferenda eſſe videtur, ſed emendatio: ἐαρινή illorum librorum conſenſu nondum ſtabilitur. Denique Euripides etiam alio loco Supplic. v. 448 dixit: λειμῶνος ἡρινὸς ἄρχον, ſicut Homerus Iliad. lib. II, 89 cecinerat: πέτονται ἐπὶ ἄνθεσσι  
εἰαρι-



ειρηνοσίων. Sed in versu 78 nostri poetæ: Ἀιδῶς δὲ ποταμίαισι  
κηπέυει δρόσοις cum Brunckio defendendam puto librorum  
antiquorum lectionem: Ἀιδῶς. Nam certe aliquid deesset  
elegantissimæ descriptioni, qua tantum castissimus quisque  
ex hoc prato flores decerpere dicitur, nisi simul *pudicitiae*,  
quæ quasi præcipuam huius prati curam agat, mentio  
iniiceretur.

v. 79, 80. Ὅσοις διδακτὸν μὴδὲν, ἀλλ' ἐν τῇ φύσει  
τὸ σωφρονεῖν ἔλληγεν, εἰς τὰ πάντα ἕξει etc.

Hos versus etiam interpretes variè emendandos censue-  
runt. In primis quidem verbis: ὅσοις διδακτὸν μὴδὲν. Mus-  
gravius offenditur, quia sit sapientia Euripidis indigna sen-  
tentia, ut, quidquid doctrinae debeatur, Deo placere non  
possit. Quare emendari iubet: ὅσοισι πλασὸν μὴδὲν, *quibus  
nihil fictum et falsum est*. Sed statim apparet, hanc emen-  
dationem nimis recedere a librorum antiquorum lectione.  
Deinde vulgata etiam ita est comparata, ut vix excogitari  
potuerit a librario, quia ex Xenophontis, Platonis aliorum-  
que libris certe constat, quaestionem illam, utrum ad virtu-  
tatem exercendam homines naturali ingenio an doctrina et  
institutione adducantur, variè Euripidis aetate in scholis  
Philosophorum agitatum fuisse. Conferatur etiam He-  
cub. v. 596 et sqq. Nihil denique dignum reprehensionem  
Euripidis verbis inesse videtur, si illa ita abso-  
lute poni dicas, ut si aliis verbis scripsisset: *qui naturali  
pudicitia non carent*; quam interpretandi rationem verba se-  
quentia suadent: ἀλλ' ἐν τῇ φύσει etc. Certum enim est, in  
eo, qui naturali propensione ad pudicitiam exercendam ca-  
ret, tradita eius virtutis præcepta non magnos editura esse  
effectus, aut eum saltem propter naturalis pudicitiae absen-  
tiam ad varia turpitudinis vitia ante incitari solere, quam  
apta illius traditæ virtutis cognitione ad frugem redeat.  
Talem vero Hippolytus ad Dianæ cultum et ad flores ex  
cuius



eius prato decerpandos ineptum censet, quia castitatem vitae nunquam violatam haec Dea requirat. — Quod autem verba attinet: *ἀλλ' ἐν τῇ φύσει τὸ σωφρονεῖν εἴληχεν*, illud: *εἴληχεν* difficultatem parit, quia: *ἔσοις* multitudinis numero praecessit. Barnesius igitur, sicut iam in libro Scaligeri legebatur, edidit: *εἴληχον*, quam lectionem, quamvis Musgravius non improbaverit, Valkenarius tamen non admittendam censebat, quia haec verbi forma non alibi occurrat. Sed idem potius, Brunckio consentiente, emendat: *ἀλλὰ γὰρ φύσει τὸ σωφρονεῖν ἤληχεν*. Quamvis igitur elegantissima sit haec emendatio, nimis tamen a librorum antiquorum lectione recedit. Mihi quidem lectio vulgata adhuc defendi posse videtur, si ad particulam: *ἀλλ'* ex antecediti suppletur: *ἔσοις*. Saepe enim idem verbum, quod repetendum esset, omittitur, si modo praecessit. Neque etiam illa numeri mutatio, ut nunc: *ἔσοις*, nunc: *ἔσος* dicatur, magnopere debet offendere; cuius quidem difficultatis ratione habita, alio tempore putabam legi posse: *εἰλήχου* pro vulgato: *εἴληχεν*. Si vero meminerimus, vocabulo: *ἔσοις* etiam in numero singulari hanc multitudinis significationem inesse posse, non adeo inepta videbitur duplicis numeri in vocabulis: *ἔσοις* et: *ἔσος* coniunctio. De emendatione autem ultimorum verborum, ut Codd. optimorum auctoritate pro: *πάντ' αἰετ'*, quam lectionem Valkenarius affirmat prioris fuisse editionis, recte legatur: *πάντ' ἑμῶς*, nullam dubitationem mouere mihi licet.

v. 84, 85. Μόνω γὰρ ἐστὶ τῶν ἐμῶν γέρας θεῶν  
σοὶ καὶ ζήνειμι καὶ λόγῳ ἀμείβομαι.

In priori versu Brunckius vocabulis transpositis edidit: *θεῶν γέρας*, quia haec lectio sit concinnior atque etiam in Florentino Cod. et in Dramate Christi Patientis ita legatur. Quoniam vero reliqui libri, uno Codice excepto, ordinem



verborum receptum non mutant, nondum illa verba transponerem. Facile enim fieri potuit, ut unus librariorum illum verborum ordinem negligeret, quem alii adhuc retinent. Neque etiam, quod illi Dramatis auctori, cum et aliis in locis verba Euripidis allata varie mutauerit, melius videbatur, propterea Euripidi ita placuerit, necesse est. Itā etiam in aliis versibus, ubi alium locum obtinere potuisset vocabulum: *βροτών*, est ultimum, ut v. 1432: *ὅς ἀν μάλιττα φίλτατος κενὴ βροτών*. In posteriori autem versu etiam Brunckius ex Valkenarii coniectura edidit: *λόγοις σ' ἀμείβομαι*. Quia vero Codicum auctoritas deest, h. l. illa pronominis repetitione non opus esse videbitur, quia modo praecesserat: *σοὶ καὶ ζῆνεμι*. Similis locus est in Homeri Odyss. XV, 438: *τοῖς δ' αὐτίς μετέειπε γυνὴ καὶ ἀμείβετο μύθῳ*. Neque tamen negari potest, orationem Hippolyti affectus pleniorē reddi, si Valkenarii emendatione pronomen illud: *σ'* repetitur; et satis constat, non rarō a librariis illud post literam: *σ'* ultimam praecedentis vocabuli esse omisissum. Ita Reiskius infra v. 1413 pro vulgato: *τιμῆς ἐμέμφθη*, inferendo illo pronomine, recte emendavit: *τιμῆς σ' ἐμέμφθη*.

v. 92: *ἐν οἴδῳ τῆ δὲ καὶ μ' ἀνισοεῖς πέρι*.

Ita hunc versum edidit Valkenarius, quā ratione illa verba haud dubie melius distinguuntur, quam in Barnesiana ed. aliisque antiquioribus, quae post: *οἴδῳ* colon ponunt et post: *πέρι* signum interrogati. Sicut autem Valkenarius hunc versum edidit, vis intendendi inest particulae: *καὶ* hoc sensu: *Enimvero ne scio quidem de quam lege me interrogaueris*. Brunckii emendatio, quam etiam in editione sua recepit: *ἐν οἴδῳ τῆ μ' ἀνισοεῖς νόμῳ πέρι*, est quidem elegans, sed partim repetitione vocabuli: *νόμῳ*, quod modo in antecedenti versu adfuerat, partim Codicum dissensu, qui vulgatam tument, est incerta.



v. 107. Τιμῶσιν, ὅ ποῶ, δαμόνων χρεῖσιν χρεῖον. *καὶ μὴ οὐδὲν*  
 Nimis artificiosam horum verborum interpretationem  
 Valkenarius dedisse videtur, qui illud: *τιμῶς θεῶν* — de par-  
 tibus intelligit, quas quisque Deorum in hoc universo ha-  
 bebat administrandas. Quamvis non negem, talem his  
 verbis significationem inesse posse, si orationi contextae con-  
 venerit, quia saepe vocabulum: *τιμῶν* de officiis et mune-  
 ribus, quae alicui administranda imponuntur, usurpari  
 solet: sed oratio contexta nostro loco talem significationem  
 non facile admittit. In toto enim regii illius ministri et  
 Hippolyti colloquio in universum de veneratione Deorum  
 et inprimis de cultu Veneri praestando agitur; quem cum  
 neglecturus esset Hippolytus, (nam ultima eius verba fae-  
 rant *cultus Deorum nocturnus mihi non placet*,) ille *θεῶ-*  
*των* apte respondet: *nulli Deorum venerationem debitam de-*  
*negare licet, sed omnes, ut par est, sunt colendi*. Si porro  
 Valkenarii explicationem praefero, qua Hippolytus admo-  
 netur, ut rem veneram exerceat atque amorum deliciis  
 delectari incipiat, etiam in sequentibus non satis quadrat  
 regii illius ministri responsio. Dicit enim versu 114 sqq.  
 se imitari nolle leues eiusmodi inuenes, sed ad Veneris sta-  
 tuam potius preces ei debitas facturum. Nihil igitur senex  
 ille de re venerea affert, quam Hippolytus quidem, non  
 autem ipse neglecturus sit; id, quod satis ridiculum esset:  
 sed potius talem Veneris cultum sponder, qui ipso etiam  
 iene non esset indignus. — In sequenti versu 108 verba  
 graeca: *καὶ παρελθόντες δόμους*, interpretatio latina Barnesia-  
 nae adiecta pessime vertit: *et praetereuntes hanc aedem*.  
 Nam in toto loco nulla Veneris aedes commemoratur, sed  
 tantum Veneris statua v. 101 et 116. Melius igitur alii ver-  
 tunt: *et ingressi domum*. *καὶ εἰσέλθοντες εἰς τὴν οἰκίαν*  
 v. 115, 116: *Φρονέοντες ἄνω, ὡς πρέπει δόλοισι λέγειν,*  
*προσευξόμεθα τοῖς σοῖς ἠγάμασι.*  
 101. v. Ka



Ita hunc locum edidit Valkenarius, quia optimi libri pro vulgata: *προσευχόμεδα* legunt: *προσευξόμεδα*. Sed interpretes magis verus prior offendit. Nobilis Musgrauii amicus, non improbane Valkenario, maluerat emendare: *Φρονώντας ἔτως*, ut haec ad antecedentia: *τὰς νέας* referri deberent. Sed non satis apparet, quid hoc sibi velit, iuvenes Venerem contemnentem in animo sensus alere seruales. Non melior atque iisdem difficultatibus impedita est Musgrauii coniectura, ut legatur: *Φρονώντας ἢ τῶς*, h. e. *non ita seu non eo modo sentientes, quem seruo dicere decorum esset*. Brunckius quidem emendationem nimis violentam suavit, ut aptior huius loci sensus existeret. Nam utrumque versum ita restitui posse putat: *Φρονώντας ἔτως (εἰ πρέπει λέγειν τὸδε δόλοισιν) εὐξόμεδα σοῖς ἀγάμμασι*.

Aliam tamen sententiam simul prodidit, quia spurium sibi videatur v. 115, quem propterea etiam uncis includit. Mihi vero hic versus esse aptissimus videtur, si memineris ipsam loquentis personam, quippe qui inter seruos regios in aula versabatur, atque illam colloquii partem, qua Hippolytum a superbia et fastu, Diis hominibusque odioso, dehortatur. Sensus igitur verborum: *Φρονώντας ἔτως, ὡς πρέπει δόλοισι λέγειν*, non alius est, quam: *animo tam demisso vere utens, qualem in dicendo prae se ferre seruum decet*, ita cogitans, ut seruos et cogitare et dicere par est. Multos autem vocabulum: *λέγειν* in hoc loco offendit, quia modo praecesserat: *Φρονώντας*; quare Reiskius emendare voluit: *Φρονέειν*. Sed illa etiam emendatione non opus est, quia Euripides, cum scriberet: *λέγειν*, haud dubie verbum proximum: *προσευξόμεδα* respexit; quare etiam ad illud: *λέγειν* ex antecedentibus quaedam *ἀπό κοινῆ* suppleri debent, quasi Euripides scripsisset: *Φρονέειν καὶ λέγειν*. Quod denique Scholiastae interpretationem attinet, illa etiam a nostro loco satis aliena esse videtur. Putat enim verba: *ὡς πρέπει δόλοισι λέγειν*, indicare: *ἢ μετὰ πολυτελῆς θυσίας, ἀλλὰ οἴστῃ*



ἡλὴν πρὸς Φώνησι ποιησόμεθα. In toto tamen loco nihil commemoratur de varia colendae Veneris ratione et de diverso sacrificiorum ei offerendorum pretio.

v. 121, 122. Ὠκεανὸς τις ἕδωρ

Στάχιστα πέτρα λέγεται.

Dissentiunt interpretes de vocabulo: Ὠκεανὸς, quo referri debeat. Sequor Valkenarii interpretationem, qui illud ad: πέτρα refert. Nam vocula: τις, quae proxime sequitur illud: Ὠκεανὸς, certe permittit, ut potius ad: πέτρα, quam ad: ἕδωρ referatur. Porro rem reliquae rerum naturae non satis convenientem narraret poeta, si dixisset, terrae continens petram stillare aquam marinam h. e. salis; cum inprimis ex sqq. pateat, vestes purpureas ibi feminas lauasit. Neque tamen negari potest, plurimos et antiquos et recentiores auctoritatis non contemnendae interpretes, inter quos Beckium, Virum Celeberrimum et de Euripidis interpretatione praeclare meritum, honoris causa nomino, in ea esse sententia, ut vocabulum: Ὠκεανὸς ad: ἕδωρ referatur. Eustathius atque Scholiastes graecus propterea affirmant, sub Oceani nomine omnis generis aquam intelligi. Sed loca defunt, quibus confirmari possit, etiam de fluminum et fontium aqua illud Oceani vocabulum usurpari. Id, quod ei etiam interpretandi modo obiiciendum videtur, quo Oceanum, quia huic flumina et fontes, Homero teste, originem debeant, cum vocabulo: ἕδωρ, quamvis fontem indicet, coniungi posse arbitrantur. Cum autem Troezenis urbs maritima esset, longe facilius existit huius loci interpretatio, si sub illo: Ὠκεανὸς πέτρα rupem intelligis ad mare Aegeum sitam. Quamquam autem Musgravius dubitat, an vocabulum: Ὠκεανὸς de mari Aegeo sit usurpatum, loca tamen apud graecos poetas passim sunt obuia, in quibus illud de mari mediterraneo deque singulis eius partibus adhibetur, et notus Homeri locus Iliad. γ, ζ, de gruibus ex frigida regio-



regione propter hiemem instantem in calidiorē migrantibus: κλαγγὴ τῶν πετόντων ἐπ' Ὀκεανεῖο βράσιον, etiam propter sequentia de mari Aegeo apte potest explicari.

v. 129. Ἐυαλίς κατέβαλεν, ὄθεν μοι etc.

Quia huic versui asynarteto dactylicę dimeter et iambica penthemimeris inesse debet, Brünckius ex Musgrauii coniectura edidit: κατέβαλ' ἔνθεν ἄμιν. Quam emendationem etiam quorundam Cdd. lectio: κατέβαλ' adiuuare videtur, quamuis iidem in reliquis verbis nihil mutant. Sed iam Valkenarius censuit, hanc lectionem librariorum negligentiae deberi. Quam facile enim fieri potnit, ut ultima syllaba: εν, quae per lineam literae: λ inscriptam indicabatur, periret. Porro metri causa haec Brünckii emendatio non est necessaria. Nam ultima syllaba in vocabulo: κατέβαλεν fit longa, quia eam in proximo: ὄθεν litera spiritu aspero notata excipit. Denique illud: μοι etiam suspectum esse non potest, cum satis constet, chorum, quamuis plurium sit personarum, de se tamen saepe singulari numero uti. Sicut etiam v. 125 μοι adfuerat et infra v. 169 repetitur.

Sed haec sufficiant, speciminis loco prolata; nam reliqua, temporis opportunitatem nactus, coniunctim edenda curabo. Iam indicendae sunt orationes quaedam iuueniles, in Schola Torgauensi habendae. Demonstrabunt autem  
d. III Aprilis

- I) GOTTHELF SAMVEL GLASEWALD, *Widerauia Saxo*, latina oratione: *Dignitatis etiam post mortem superstitis rationem esse habendam.*
- II) WOLFGANG FISCHER, *Belgoranus*, vernacula: *La-bore et studio saepe vinci naturae impedimenta.*
- III) IOANNES GOTTLÖB ROEDER, *Groß - Poelauia Misnicus*, latina oratione: *Animi leuitatem futuri temporis cogitatione potissimum remoueri.*

IV)



- IV) CHRISTIANVS ERNESTVS WERNER, *Regnitio Misnicus*, vernacula: *Necessarium esse veri inquirendi studium.*
- V) CAROLVS GODOFREDVS HEINRICH, *Tiefensea Misnicus*, vernacula: *Fatorum humanorum similitudinem nullo non tempore obuiam esse.*
- d. VI Aprilis
- VI) CHRISTIANVS FREDERICVS LOEBNER, *Torgauensis*, latina oratione: *Maximam esse iustitiae praesentiam.*
- VII) CAROLVS LVDOVICVS BOEHME, *Audenhayna Misnicus*, vernacula: *Non pauca veri inquirendi studio impedimenta obijci.*
- VIII) IOANNES GODOFREDVS ERHARD, *Borna Saxo*, latina oratione: *Lacriosa esse incrementa virtutis a prima inde iuuentute capta.*
- VIII) CHRISTIANVS GOTTLIB FREDERICVS FLIESBACH, *Torgauensis*, vernacula: *Maximam Christi eloquentiam fuisse.*
- X) CHRISTIANVS FVIRCHTEGOTT TIETZE, *Heyda Misnicus*, vernacula: *Non dictis sed factis censei hominum merita.* Hic etiam, sicut ille, qui priori die ultimam habet orationem, Commilitonum nomine iuuenes in Academiam discessuros valere iubebit.

Quas quidem dicendi exercitationes ut praesentia honorifica ornare velint VIRI GENEROSISSIMI, ANTISTES SACRORVM SVMME VENERABILIS, SENATVS CIVITATIS TORGAVIENSIS AMPLISSIMVS, MINISTRI SACRORVM PLVRIMVM REVERENDI, MAGISTRI SCHOLAE TORGAV. CLARISSIMI ET RELIQVI FAVTORES LITERARVM DOCTISSIMI, omni, qua decet, obleruantia rogamus.



AB 153172

ULB Halle

3

004 076 125



TA-OL

VORP

R







22

EVRIPI

LYTVM

A

S X

S I

D. III

LXXXII

1792

PA

ORES

TRAVG

ENEDICT

AA. LL.

V. RECTOR.

E

N A.

